92ᵉ

non honor in solio nec corporeus vigor orbis
mortis decretum rumpere quisque potest
Si tibi blanditur genus aut facundia verbi
Mors tamen invadit fortia castra tua
Si tibi fortuna vel fallax gloria mundi
arridet, tamen noxia mors sequitur.
Non extollaris te laudat publica fama
Captivatus eris mortis in exilio
Turba stiparis laetaris et ubere dulci
Morte loquente tibi singula se retrahent
! In forma rutilans resplendent pignora mense
Gemme te ditant omnia mors abicit
Curvantur genua dominum te predicat orbis
De terra terram mors hominem reficit
Turbidus est hostis qui nulli parcere curat
Omnes expugnantes nec tacet insidians
Est atrox bellum cum quo via nulla salutis
Mors cogit cunctos subdere colla sibi
! Quid ~~loquitur~~ loquar amplius ꝰ quisque pꝫ [illegible]
Quod sanctus michael angelus hanc capiat
in lucem ~~s~~ sanctam qua gaudet quisque beatus
et Xps cuique gloria quam meruit
Qui legis et transis rogo sis motus pietate
et pro regina quam cito funde preces.

(dann die Reisenotizen)